

lud nobis perpetuò sit propositum, ut id ad
 tuam unius gloriam, & aliorum utilita-
 tem referamus. Ad hæc, quoniam cõsiliium
 salutare, occasiones idoneæ, & felices rei ù
 successus ac eventus peres te unum sunt:
 fac, ut hæc omnia à te solo petamus & ac-
 cipiamus. Effice præterea, Clemētissime
 Pater, ne in parandis iis, quæ ad hujus vitæ
 necessitatē pertinent, tantum cura ac la-
 boris impendamus, ut interea res cœlestes
 negligamus, aut segnius tractemus: sed ut
 primùm semper queramus regnum tuum,
 & justitiam ejus, nihil dubitantes, quin sic
 agentibus, cætera omnia sis adjecturus.
 Tuere etiam ac defende hoc fragile corpus
 & animã nostram. Instrue nos consiliis &
 robore Spiritus tui, adversus tot ac tam va-
 rios insultus Satana: Libera nos omni metu
 et periculis quib. in hoc mundo omnib. mo-
 mētis expositi sumus. Quoniã verò nihil est
 rectè incepisse, nisi etiam gnæviter perficia-
 mus: oramus te, ut ne hoc tantū die nos in
 tuam tutelam suscipias, sed ut porrò etiam
 per omnem vitam, dux noster, & defensor
 D 3 esse: